Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35262
Copyright: Innsbruck, Prämonstratenser-Chorherrenstift Wilten

habetur homicidium et subnotare homicidii intelligat omnis iniuria corporalis que potest inferri proximo est notandum quod duplex est homicidium quia quoddam est spirituale et quoddam corporale Spirituale fit quinque modis s odiendo visio in prima ratione sua qui odit fratrem suum homicida est detrahendo male consulendo notando et de istis habetur de penitentia di v homicidiorum et omnis iniquitas et cuiuslibet peccati vitium subtrahendo di lxxxvi pasce fame morientem si non pavisti occidisti et quodlibet istorum homicidorum secundum doctores est peccatum mortale hominum corporale fit duobus modis vno modo verbo alio modo facto verbo fit tribus modis sc precepto consilio et defensione di l si quis vidua de pecunia periculosa et quodlibet istorum si fiat iniuste est peccatum mortale facto fit quatuor modis sc iustitia ratione necessitate et voluntate iustitia vt ministri iudex vel minister rex iustitia coordinatum ad mortem occidit hominem sicut ex iniuria vel amore fundendi humanum sanguinem licet talis iuste occidat quia metuit morte iste tamen peccat mortaliter propter intentionem corruptam Si vero fiat ex iniuria non peccat iudex coordinando eum ad mortem nec principendo ministro ut occidat eum nec minister exequendo mandatum iudicis dum tamen faciat iuris ordine sacrato probatur hoc ex verbo apli ad romanos ubi dicit sic omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit et sequitur Non enim sine causa gladium dei eum minister est iudex in iracundiam qui male agit Si fiat necessitate distingue quia illa necessitas aut fuit evitabilis poterat ei evadere absque occasione homicidii et tunc est reus homicidii debet agere primum pro pecunia morte aut fuit inevitabilis quod occidit hominem absque odio meditando primo cum dolore animi se et sua liberando et in isto casu non dicitur peccare nec astringitur ad penam debet tamen dolere in suum primis alibi quia in tanta potuit venire necessitate eo nunquam est ibi in venire culpam vbi culpa non est ex de homicidio mesensi Si autem fiat casu hic distingue aut iste dabat operam rei licite aut illicite